

INDEX

Opusculorum quæ in hoc Tomo continentur.

<i>Epistola CXXXII. ad Volusianum.</i> pag.	1.
<i>De Doctrina Christiana, Liber primus.</i>	7.
<i>Secundus.</i>	42.
<i>Tertius.</i>	94.
<i>Quartus.</i>	136.
<i>Contra Adversarium Legis & Prophe-</i> <i>tarum, Liber primus.</i>	197.
<i>Secundus.</i>	259.
<i>Contra Adimantum Manichæi disci-</i> <i>pulum, Liber.</i>	316.
<i>Contra Mendacium, Liber.</i>	395.
<i>De Hæresibus, Liber.</i>	459.

ERRATA SIC CORRIGE.

Pag. 20. lin. 3. <i>Trinias</i> . . . lege	<i>Trinitas.</i>
78. . . . not. <i>Elditi</i>	<i>Editi.</i>
157. . . . 27. <i>facieundum</i>	<i>faciendum.</i>
164. . . . 12. <i>DISCITO</i>	<i>DISCIT.</i>
240. . . . 16. <i>particeps</i>	<i>participes.</i>
255. . . . 22. <i>patiendi</i>	<i>patiendo.</i>
326. . . . 20. <i>serpentum</i>	<i>serpentum.</i>
341. . . . 19. <i>quandotardo tar-</i> dum. . . .	<i>quando tardum.</i>
431. . . . in marg. <i>Horat. lib. Serm.</i>	<i>Horat. lib. satyra.</i>
474. . . . ibid. <i>Euseb.</i> . . .	<i>Euseb.</i>
483. . . . 18. <i>gurgationem</i>	<i>purgationem.</i>

S. AURELII AUGUSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI

EPISTOLA CXXXII.*

*Augustinus Volusiano, exhortans illum ut
sacrarum Scripturarum lectioni vacet, sic i-
que rescribat, si quid in eis difficultatis
legenti occurrerit.*

Domino illustri & merito prætantissimo
filio a Volusiano, Augustinus
Episcopus.

De salute tua, quam & in hoc sæculo, &
in Christo esse cupio, sanctæ matris tue vo-
tis sum fortassè etiam ipse non impar. Unde
meritis tuis reddens salutationis obsequium,
hortor ut valeo, ut litterarum verè certè
que sanctorum studio te curam non pigate
impendere. Sincera enim & solida res est, nec
fucatis eloquiis ambit ad animum, nec ullo
TOM. II.

Scripta
circ. ineun-
tem ann.
412.

a Volusianus Melaniæ junioris avunculus fuisse cre-
ditur, id est, ipsius matris Albinæ frater: non autem pa-
truus, quia Publicola Melaniæ ejusdem pater fratrem non
habuit superstitem, ex epist. 94. Quapropter *Filios*, quæ
vox ad patrum, & avunculum communis est, non be-
nè ab interprete vertitur, *patruus*, tūm apud Photium 53.
tūm apud Metaphrastem in Melaniæ vita. Exstant Rū-
tilii de eodem, ut putant, Volusiano versus, quibus hunc
Proconsulis Africæ munus sustinuisse docet. Porro Mela-
niæ neptis, & Procli Constantinopolitanus Episcopi cura
Volusianum ad Christianam religionem profitendam in ex-
tremis adductum fuisse produnt Photius & Metaphrastes.

linguae tectorio inane aliquid ac pendulum crepitat. Multum movet, non verborum, sed reum avidum: & multum terret, factura securum. Præcipue Apostolorum linguas exhortor ut legas, ex his enim ad cognoscendos Prophetas excitaberis, quorum testimoniis utuntur Apostoli. Si quid autem vel cum legis, vel cum cogitas tibi oritur questionis, in quo dissolvendo videar necessarius, scribe ut scribam. Magis enim hoc forte Domino adjuvante potero, quam præsens talia loqui tecum, non solùm propter occupationes varias & meas & tuas (quoniam non cum mihi vacat, occurrit ut & tibi vacet) verum etiam propter eorum irruentem præsentiam, qui plerumque non sunt apti tali negotio, magisque linguae certaminibus, quam scientiae luminibus delectantur: quod autem scriptum habetur, semper vacat ad legendum, cum vacat legenti: nec onerosum fit præsens, quod cum voles sumitur, cum voles ponitur.



AD-



ADMONITIO IN LIBROS DE DOCTRINA CHRISTIANA.

Exegeticis opusculis, quæ Tomus hic tertius complectitur, præfigendos curavimus libros De Doctrina Christiana, quorum videlicet argumentum eo pertinet, ut ad sacrarum Scripturarum intelligentiam, & tractationem necessariis quibusdam documentis & præceptis imbuamur. Opus pro rei dignitate studiosè elaboratum, nec profecto indignum, cui locus in Bibliorum limine cum Hieronymianis præfationibus concedatur. Id suscepit non ita pridem episcopatu, sicuti ex Retractionum serie intelligimus, id est, sub Christi annum trecentesimum-nonesimum-septimum inchoaverat Augustinus, & cum ad eam dumtaxat libri tertii partem, cui numerica nota 36. nunc præfigitur, perduxisset, impedire non potuit quo minus continuò prodiret in publicum: quandoquidem in libris contra Faustum, circiter annum quadringentesimum conscriptis, locum ex eo quemdam de Ægyptiis per Hebræos Dei jussu expoliatis commemorat in hæc verba: Quid præfiguraverit, jam in quibusdam libris, quos de Doctrina Christiana prænotavi, quantum mihi tunc occurrit, me recolo posuisse. Postmodum vero recognoscens opuscula sua, cum imperfetum illud comperisset, prius absolvere voluit,

Lib. 22.
cont. Faustum c. 91.

▲ 2